

percipere possit eterna. Acquevittille salubri admonitioni, & ad propositum penitentia reversus, tota carnis, & spiritus virtute ad foras divine pietatis pullabat, & spiritu contribulato, lachrymisque indefectibus itam Domini in misericordiam converti cogebat. Quid multa? Longo rursus temporis spatio in hac penitendie transactio, ad Episcopum rediit, eique, ut patri secretis cuncta pandens, ut sacramentorum participes effi mereretur, suppliciter deprecatus est. Cujus conversionem jam Deo acceptam, tam ex his, quae ab eo audierat, quam ex his, quae in eo videbat, confidens, ut sacerdotale officium aggrederetur, assensit. Quod ille, de Domini bonitate, & conscientia testimonio confusus, non jam praesumptione, sed devotione implere curavit: accedens itaque ad altare; totumque se lachrymis, & contritione cordis immolans Deo, usque ad perceptionem Sacramentorum universa rite peragens pervenit. Et ecce novo, & inaudito nostris duntaxat seculis miraculo, trium interdictarum Mistrari panes, qui indignè fumere volenti sublatis fuerant calibus allati sunt, eoque jam divino iudicio ad haec fumenda digno facta, ante eum super altare positi apparuerunt. Cumque etiam oculos in calicem admovisset, conspexit penè ut quae ad summatem sanguine repletum, & illarum Mistrarum detrimenta ad istius pervenisse augmenta. Admiratus igitur, & toto hominis interioris júbilo Deo gratias agens, suamque penitentiam susceperat, ac Domini maiestatem placatam agnoscentes, certus factus est de Domini misericordia, & qui unum apposuerat, quatuor panes, immo unum Christi corpus & sanguinem, cum multa, ut dignum erat, exultatione percipit. *Bredemb. lib. 2. cap. 4.*

Desumus scelera nostra, ait *D. Greg. Turonen. Episcopus*, & plangimus, cum nos mundos esse nescimus, & ad ipsum altare Domini accedentes, audenter sanctum corpus eius, & sanguinem, cum sinu actu polluiti, potius ad iudicium fumimus, quam ut veniam consequamur. Nam recolo, quod in mea adolescentia gestum audivi. Dies Passionis erat Polycaepi martyris magni, & in Ricomageni vicocivitatis Avernè eius solennia celebrabantur. Lecta igitur passione cum reliquis lectionibus, quas Canon sacerdotialis invehit, tempus ad sacrificium offerendum advenit; acceptaque turre DIACONUS, in qua ministerium corporis Domini habebatur, ferre cepit ad ostium, ingressulque tempus, ut cum altari superponeret, clapsa de manu eius feratibatur in aera, & sic ad altarem accedens, nunquam cum manu Diaconi affeque potuit: quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus erat in conscientia: saepius enim ab eodem adulteria turbarant commissa. Uni tantum Presbytero, & tribus mulieribus, ex quibus una mater mea erat, haec videre licentium fuit, caeteri non viderunt. Aderam factor & ego tum temporis lucei festivitatis, sed haec videre non memi. *Lib. 1. de glor. Mart.*

Sic & BRACHYUS Presbyter, cum demerit, quae indignus erat agere praesumpisset, eum divino iudicio solo projectus occubuit. Hic enim dum Domini natalis vigilias celebrare Ecclesiam exisset, per singula horarum momenta egrediebatur de templo Dei, ac in domo sua pocula lasciva spumantibus patris hauriebat, ita ut affirmarent multi, eum post galli cantum in ipsa nocte visidisse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomageni superius memorato, iuxta saeculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare Mistrarum solennia expetuit. Nec dubitavit miser vino madafactus appetere, quod jejunis quisque non

D sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum ubi explicitis verbis sacris contracto corporis Domini sacramento, & ipse sumptit, & aliis distribuit ad edendum; mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, & spumas cum ipsa mysterii facti particula, quam dentibus comminuerit non valuit, ab ore prociens, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit ultra hac epilepsia infirmitate, sed per singulos lunares curtus incrementis, decremencie hunc semper pertulit, quia ab haustu nimio vini nimie infelix abstinuit. *Ibid. cap. 87.*

Cum Palladius Evagrii discipulus aliquando accessisset ad Abbatem Macarium, invenit extra epus cellam iacentem QUENDAM vici Presbyterum, cuius caput erat exesum à morbo, qui dicitur cancer, ut etiam ipsa os totum appareret in vertice. Is accessit ad ipsum, ut curaretur, nec eum admittentibus ad colloquium. Rogavit autem eum, dicens: Miserece huius miseri: & saltem da ei responsum. Is vero mihi respondit dicens, Est indignus qui curetur; amandata est enim disci-

plina eius. Quod si velis eum curari, persuade ei, ut deinceps abstineat à ministerio sanctorum sacramentorum. Ego autem ei dico: Quomobrem quæso? Is vero dicit: Fornicans sacrum ministerium peregit, & ideo castigatur. Nunc ergo, si metu desistat ab eo, quod ausus est facere per contemptum, Deus ipsum curabit. Postquam ergo dixi ei, qui affligebatur, iurejurando est pollicitus, se non amplius sacrificaturum. Tunc eum accepit, & dixit ei: Credis ne esse Deum, quem nihil latet. Respondit ille: Maxime. Deinde ei dicit Macarius: non potuit Deum illudere; dicit ille: non potui, Domine mi. Dicit ei Macarius: Si agnoscis tuum peccatum, & Dei disciplinam, propter quam hæc subiisti, corrigito in posterum. Qui confessus est peccatum, & spondit, se non amplius peccaturum, neque altari ministraturum; sed sortem laicam amplexurum. Deinde sic Sanctus ei manus imposuit: & paucis diebus fuit curatus, capillique ei creverunt, & sanus domum rediit Deum glorificans, egit autem magnas quoque Macario gratias. *Pallad. in hystor. Lausaca cap. 17.*

In vita Hugonis Lincolnienfis Episcopi, qui ante trecentos annos virtutibus Pastoralibus ornatissimus apud Anglos floruit, sic *Sarius* ex antiquo scriptore: In villa, inquit, quadam SACERDOS erat vitæ valde dissolutus, quem hoc ordine divina bonitas ad penitentiam vocavit. Celebrans ille Mistrarum solennia, manibus cepit indignis Regem tractare maestatis: cumque ad illum venisset locum, ubi hostia frangenda erat, sanguis protinus emanavit; terribis ille vitam mutavit in melius; cunctisque audire volentibus factum publicavit. Accidit autem, beatum Hugonem per eam villam iter facere, sacerdotemque accessitum, non propter miraculum, sed ob vitæ sanctitatem, de quibusdam spiritalis vitæ studiis interrogat. Tanta enim penitentia austeritate pristinam vitam jam correxerat, ut sanctum eum fama cunctis proclamaret; cumque sancto Episcopo narrafset prodigium, quod ipsi acciderat, hortatus est eum, ut cruorem ipsum tanquam veritatis testem inspiceret, sed penitus non acquievit: quin immo famulus suus idem suggerentibus ita fertur respondisse: Habeant ipsi signa infidelitatis suæ; nobis autem, qui vere credimus, sub speciebus sacramentalibus verum corpus, & sanguinem Christi contineri, signa quid proderunt? Quosdam etiam abire volentes, ut viderent, dixit oburgabat, quod non devotione, sed curiositate id facerent; G liquidem scriptum noverat: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Sur. 17. Novem.*

Cum quidam Episcopus Argentinensis Mistrarum solennia celebrare aggrederetur: ubi se ad populum vertit, dicitur de more, Pax vobiscum; Imperatorem intendens, tanto rifu solutus est, ut funditus oblitus esse videtur, ad quid se converteret: ubi vero ad prandium ventum est, cunctis pariter confitentibus, percucitur morbo pleurítico, interque manus ad proprium delatus hospicium, die decimo quarto reddidit spiritum. Viderat autem ante annos septem, ut solitus erat narrare, visionem: videlicet additisse sibi senem quandam, veste purpurea, pontificali que redimitum infula, qui se profertens esse Kilianum: Tale, inquit ille, mihi profudit oraculum: Age per hos septem annos quædam Episcopum decet opera: quia non longius à Domino vitæ spatium politum est. Quomodo quæque ille visionem acceperit, qualiterque se preparaverit, qualicumque in illa hora sue mortis inventus fuerit, rectè nimirum sapienti, huic talis, ut dictum est, illius exitus meditationem mortis renovavit, vel auxit, magnumque fuit terrentie eius iudicium, quod pro tempore flendi, differendo suis, vel sibi tempus gaudendi, tribus H exequiis privatus interesse saluit. *Rupert. Abb. in vit. S. Heriberti. c. 8. apud Surium.*

Abbas Daniel de Sconavia mihi narravit, inquit *Cesarius*, quod CLERICUS quidam, dum Parisiis traideret, horrendum factis spectaculum in Ecclesia sanctæ Mariæ dei Genitricis populo præbuit: nam sacer ignis penè manus eius devoraverat: quem secretius cum campanarius interrogasset: hujus esset ordinis, & ille respondisset, sacerdotii, subjunxit; Nunquam sacro Chrismate manus istæ perunctæ sunt. Sentiens ille spiritu Prophético se deprehensum, confessus est culpam. *Cesar. Heisterbachens. lib. 8. cap. 60.*

DIACONUS quidam Steinveldensis, de ordine Præmonstratensis, Gerardus nomine, apostatas, circa quatuor tempora se ordinem suscepisse finxit sacerdotalem, & Colonia in Basilica sancti Michaelis, quæ in portu Martis posita est, quasi primam Mistram instruente eum sacerdote, miserimus celebravit. Ego eidem Mistræ tunc scholasticus interui, & multas

recepit oblationes. Confessus est postea Sacerdoti, qui ei assistit, à quo ego audivi, quod quoties se converterit ad populum crucifixum contra se stantem vidit lachrymantem: est enim eadem imago antiqua, & sculpta, magna facta. Nam pius Dominus, qui olim flevit super lachrymantem civitatem Hierusalem, etiam de praesumptione tanta lachrymanti dignatus est. Ex lachrymis vero imaginis Christi considerans magnitudinem culpe, penitentia ductus sedem Apostolicam petiit, & in eadem via finit vitam. *Idem ibid. cap. 61.*

Quia sermo de venerabili Mistræ sacrificio incidit, ait *Tom. Kempensis*; hic referam factum de quodam sacerdote in partibus Præstæ, sed minus laudabilis vitæ. Siquidem bonæ memoriæ fratris nostri Alardo narrante cognovi, quod erat cum eo quidam presbyter parvæ scientiæ, & famæ non claræ. Ille cum Ecclesiam intraret, ut divina celebraret, honesta quadam MATRONA, quæ ejus imperitiam cognovit, cepit intra se de eo suscipere cogitare, ac murmurando dicere: Quid tu, imperite, vis facere? & quomodo tuo, indignè, poteris tam magnum SACRAMENTUM conficere. Hæc ea cogitante, presbyter cepit celebrare, & divina mystica tractare, & consecrare. Factum est autem, dum venerabile sacramentum ritu Ecclesiastico consecratum elevaretur, & omnis populus hoc flexis genibus fideliter adoraret, matrona supradicta vidit in elevatione apertis oculis figuram hominis Christi nimum stupa, & perplexa. Finita itaque Missa, hanc visionem alteri sacerdoti secreta exposuit, & quid mali de celebrante antea cogitaverat humiliter confessus est. Qui diligenter rei gestæ ordinem, & visionem examinans matronæ respondit: Hoc Deus pro tua salute fieri permisit, nec de teo male de sacerdotibus cogites; nec de vera consecratione dubites, licet malæ famæ sint, & indignæ vitæ. Illa hæc audiens firmam fidem tenuit, & Deo iudicium de sacerdotibus commisit. *Thom. & Kempis in vita Henr. Brunocap. 7.*

Narrat *Joannes Eivratius, sive Sopronius in Prato*, de Episcopo Rumelle celebrante Mistram coram Agapito Papa. Hic Episcopus, qui spiritus sancti descensum, hoc est, ut ego reor, vim divinam transmutantem oblata in corpus, & sanguinem Christi signis visibilibus cognoscere solebat; tunc minime videbat: proinde consecrationem ritu terminabat. Sciscitabatur Agapitus ex Episcopo motæ causam. Respondet ille, Diaconum, qui labellum tenebat, esse revolvendum ab altari. Removetur. Eo remoto solita signa apparuerunt, Papa vidente: & alia miracula secuta sunt, quæ Episcopi sanctitatem declararunt, & Diaconi peccatis, atque improbitate fuisse retardata docuerunt. *Cap. 150. præt. spirit.*

Episcopum Constantiæ Cyprî Episcopus. *Quare in loco de Sacerdotio. Tit. Sacerdotum vita ibi infra. Impuritas puniã.*

Hoc loco minime etiam permittendum, quod de S. JOANNIS Chryostomo celebratur. Hic enim cum inter divina mysteria panem consecratum extolleret, totus à Deo afflatus (quid autem horum est incredibile in tam sancta anima?) quibusdam signis videbat Dei Spiritum ad dona proposita descendere. Cum autem unis ei ministris, qui ei assistebant, in quandam mulierem exis, quæ desuper solebant despiciere, oculos coniecisset, & curiosos aspexisset, Magno Joanni depulsa fuit visio Spiritus Sancti. Ille autem non ignoravit, sed ministrum continuo è sua statione movit. Ipse vero tum pristinam suam visionem non est frustratus. *Idem in vita Chryst. 27. Januar.*

D *Illustrari poterit præfatus Titulus ex loco de Sacerdotibus. Tit. Sacerdotum impuritas puniã.*

* SACRIFICII MISSÆ QUALITAS, ET FINIS.

Hoc est, ad quam speciem Sacrificii reducendum. I. MISSA est Sacrificium Eucharisticum, & honorarium, sive *parvitiõis*.

Instituto hoc Sacrificio, Christus Dominus iussit hoc idem non facere in sui commemorationem. Hoc est, ad recolendam memoriam maximi beneficii, quod ex passione ipsius consecutus sumus. Et consequenter ad agendum eidem gratias pro eodem beneficio. *Matth. c. 24.*

Narrat *Venerab. Beda lib. 4. c. 14.* Apostolorum Principes dignatos aliquando apparere religiose juveni, sed pio, & lecto decumbenti. Cui cum salutaria monita praelegissent, ut quædam sancti mysticæ, seu viatico ministraret, adhortati fuissent, mandarunt eidem, ut coenobii Præfidi, qui tunc erat vir fan-

tilissimus BAPPA, denuntiaret, ut per omnia Coenobii oratoria Missas celebrarent in gratiarum actionem, quod Deus eorum precibus, & jejuniis susceperat, pro repellenda fame, quæ totum Angliæ regnum affligebat, moribusque, qui eam sequebantur, depellendis. *Refect. Beron. tom. 8. ad an. 681. num. 62.*

C. Prosper meminit suo tempore Sacrificium Missæ oblatum pro curanda energumena: itaque sanata, rursus oblatum pro gratiarum actione. *Lib. de prædiali. Dei cap. 6.*

Missæ Sacrificium est Propitiatorium, & Impetratorium. Confirmatur ex Sacrificiis veteribus, quæ erant umbræ huius, etque fuisse propitiatoria, supra demonstratum est. Christus in ultima Coena, ubi hoc Sacrificium instituit, aperte testatus est, se offerre corpus illud, quod pro nobis traditum mox fuit. Item sanguinem eundem, qui pro Apostolis, & multis erat effundendus in remissionem peccatorum. Ergo erat sacrificium istud pro peccatis, cumque sit unum, & idem cum nostro; uti illud tunc, ita & hoc nostrum verè est propitiatorium.

Apostolus PAULUS Hebræis insinuat potissimum munus Sacerdotum esse, offerre pro peccatis. Cum autem habeamus in Ecclesia Sacerdotes, & sacrificium, necesse est ut purganda peccata illa habeamus. *Ad Heb. cap. 5.*

S. JACOBUS in Liturgia ita olim locutus perhibetur; Offerimus tibi incrementum Sacrificium pro peccatis nostris, & ignorantis populi. *Sexta Synod. can. 32.*

ALEXANDER Papa, & martyr, qui præfuit Ecclesiæ anno Dom. 121. dum orthodoxos adhortatur per Epistolam, ut piè & reverenter, ac juxta Domini institutionem Missas celebrent, addit. Crimina enim, atque peccata his oblatis Domino sacrificiis delentur. Talibus enim hostiis delectabitur, & placabitur Dominus; & peccata dimittet ingentia. *Epist. ad Orthodoxos, & meminit Epist. Conc. Triburien. cap. 19.*

S. BASILIUS in Liturgia sua per universam Græciam celebrantia, statim post initium dicit: Dignos afficito nos, ut offeramus Sacrificium hoc reverendum, ad abolenda delicta nostra, & pro piculo populi tui.

JOANNES Chryostomus haud aliter in Liturgia sua deprecatur. Idoneos nos reddet ad inferenda tibi dona, & Sacrificia pro peccatis nostris, & populi ignorantis.

Quin in istdem Liturgiis constat, Ecclesiam semper in sacrificio Missæ pro defunctis orasse. Sed de isto infra.

Item præcipiunt orare pro pace, frugibus, & id genus aliis. *Beneficia in Missa pro viventibus petita, & impetrata.*

Apostolus PAULUS præcepit discipulo suo Timotheo quem in Ecclesiastico munere instruebat, facere in Ecclesiæ obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus. Quod de publicis precibus, quæ sunt in Missa sacrificio, exponunt veteres, & expressè *B. Aug. ep. 59. ad Paulin. q. 5.* Haecque etiam impendi vult pro Imperatorum, & Regum Gentilium incoluntate; puta Neronis, Diocletiani, &c. *ad Timoth. c. 2.*

S. CYPRIANUS, cum ei obiceretur, quod tanquam Christianus in Caesarem conjurasset, libere respondit: Longissimè nos Christiani absumus ab ista culpa, qui Caesari etiam si alia sacra, alios Deos colenti, tamen quia principes nostri est, bene cupimus, & precamur: & togamus Dominum nostrum, ut ad cogitationem verorum bonorum adducat. *Euseb. lib. 4. hist. c. 26.*

Eadem consuetudo fuit tempore *Cyrilli Hierosol.* qui *Catechesi missag. 5.* ita loquitur. Postquam consecutum est illud spirituale sacrificium, & ille cultus incruentus super ipsa propitiations hostia: obsecramus Deum pro communi Ecclesiæ pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro focis, pro ægrotis, & afflictis, & in summa, pro omnibus, qui egent auxilio.

De frugibus terræ, aliisque necessitatibus meminit *Chrysof. hom. 18. 19. 21. in Acta Apostolorum.*

S. AUGUSTINUS refert, suo tempore oblatum sacrificium Eucharisticum ad purgandam domum à Dæmonum infestationibus. *Lib. 22. de Civit. cap. 8.* quæ res ita se habet: Vir tribunicius HESPERTUS, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensium fundum Cupedi appellatum, ubi cum afflictionis animulæ & servorum suorum, donum suam spiritum malignorum vim noxiam perpeti competeret; rogavit nostros me absente Presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cujus orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio, Deoque protinus miserante, cessavit.

C 2 Multos,

Multos, ut arbitror, vestrum, fratres charissimi, inquit. *D. Gregor. in Dialogis*, contigit nosse hoc, quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum, quod quidam ab hostibus captus longe rranductus est: cuius die tenebatur in vinculis, eum uxor sua, cum ex eadem captivitate non reciperet, extinctum pugnavit. Pro quo jam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cujus toties vincula solvebantur in captivitate, quoties ab ejus conjugio oblata fuissent hostiæ pro animæ ejus absolutione. Non longo post tempore reversus, admirans valde suæ indicavit uxori, quod diebus certis, hebdomadibus singulis ejus vincula solvebantur. Quos videlicet dies ejus uxor, atque horas discutiens, tunc eum recognovit absolutum, cum pro eo sacrificium meminisset oblatum. Hinc ergo, fratres charissimi, hinc certa consideratione colligitur, oblata a nobis hostia sacra, quantum in nobis solvere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero solvere vincula corporis. *Lib. 4. Dialog. cap. 57.*

Ex alia etiam re, qua nobis ante annos septem gesta est, certissime confirmatur. AGATHUS enim Panormitanus Episcopus, sicut fideles mihi, ac religiosi viri multi testati sunt, atque testantur, cum beate memorie antecessoris mei tempore justus esset, ut Romam veniret, vim nimiam tempestatis pertulit, ita ut se extantio undarum periculo evadere posse diffideret. Nauta vero illius, BARACA nomine, qui nunc ejusdem Ecclesiæ clericatus officio fungitur, post navalem carabum regebat, ruptoque fune, cum eodem carabo, quem regebat, inter undarum tumultus repente disparuit. Navis autem, cui Episcopus præerat, tandem post multa pericula ad Officium insulam fluctibus quassata pervenit. Cuius die tertio Episcopus nautam, qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus mortuum credidit, sed per obsequium, charitatis vinum, quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti Deo pro absolutione ejus animæ offerre sacrificium victimæ salutari jubet, quo oblato reparata mare, perrexit ad Italiam. Cuiusque ad Romanum portum venisset, illic nautam reperit, quem mortuum putabat. Tunc inopinata exultatione gavisus est, & cum, qualiter toto diebus in illo tanto maris periculo vivere potuisset, inquisivit. Qui videlicet indicavit, quoties in illius tempestatis fluctibus cum eodem, quem regebat, fuisset carabo versatus, qualiter cum illis undis pleno navatæ, & quotidie eo a superiori parte deorsum verso ipse carinæ ejus suspenderet, adjungens, cum diebus, ac noctibus hoc incessanter faceret, jamque ejus virtus funditus ex fame simul, & labore cecidisset, quo cum ordine divina misericordia servaretur, indicavit. Etenim quod etiam nunc usque testatur, dicens: Laborans in fluctibus, atque deficiens, subito mentis pondere sum gravatus, ita ut neque vigilare me crederem, neque depressus somno essem: & ecce in eodem medio mari me posito quidam apparuit, qui mihi panem ad refectiorem detulit. Quem mox ut comedi, vires recepi, nec longe post navis transiens affuit, qua me ab illo undarum periculo suscepit, atque ad terram deduxit. Quod scilicet Episcopus audiens, requisivit diem, atque illum fuisse diem reperit, quo pro eo presbyter in Ostia insula Deo omnipotenti hostiam sacre oblationis immolavit. *Idem ibidem.*

Beda lib. 4. Angl. hist. scriptit: In prælio, quo occisus est Rex Elbinnus, memorabile quoddam factum esse constat, quod nequaquam silentio prætereundum arbitror, sed multorum salutis, si referatur, fore proficuum. Occisus est ibi inter alios de militia ejus, juvenis vocabulo JUNNA, qui cum die illo, & nocte sequente inter cadavera occisorum similis mortuo jaceret, tandem recepto spiritu revixit, ac resedens, sua vulnera, prout potuit, ipse illigavit. Deinde modicum quiescens, levavit se, & cepit abire, scubiamicos, qui sui curam agerent, post se invenire. Quod dum faceret, inventus est, & ceptus a viris hostilis exercitus, & ad dominum ipsorum, Comitum videlicet Ediredi Regis, adductus. A quo interrogatus, quis esset, timuit se militem fuisse confiteri, rusticum se potius, & pauperem, atque uxorio vinculo colligatum in expeditione se cum fili similibus venisse testatus est. At ille suspiciens eum curam vulneribus egit, & ubi sanari cepit, nocte eum, ne auferret, vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit. Nam mox ut abire, qui vincirent, omnia sunt ejus vincula soluta. Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat JUNNA, presbyterum, & Abbatem monasterii in civitate, qui hætenus ab ejus nomine Junna-

si cognominatur. Qui cum eum in pugna peremptum audiret, venit querere, si forte corpus ejus invenire posset: inventumque alium illi per omnia simillimum, putavit ipsum esse, quem ad monasterium suum deferens honorifice sepelivit, & pro absolutione animæ ejus lapsus Missas facere curavit. Quarum celebratione factum est, quod dixi, ut nullus posset eum vincire, quin continuo solveretur. Interea Comes, qui cum tenebat, mirari, & interrogare cepit, quare ligari non posset, an forte literas solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet, per quas ligari non posset; At ille respondit: Nihil literarum artium nosse; Sed habeo fratrem, inquit, presbyterum in mea provincia, & scio, quia ille me interfectum putans pro me Missas celebrare facit; & si nunc in alia vita essem, ibi anima mea per intercessionem ejus solveretur à pœnis. Dumque aliquando tempore apud Comitum tenebatur, animaverterunt, qui eum diligentius considerabant, ex vultu, & habitu, & sermonibus ejus, quia non erat de paupere vulgo, ut dixerat, sed de nobilibus. Tunc secretè ad vocans eum Comes, interrogavit intentius unde esset, promittens nihil ei male factum pro eo, si simpliciter sibi quis esset proderet. Quod dum ille faceret, ministrum de Regis fuisse manifestans, respondit: Et ego per singula tua responsa cognoveram, quod rusticus non es, sed nunc dignus es morte, quia omnes fratres & cognati mei in illa sunt pugna interempti: nec tamen occidam, ne fidem, quam promisi, prævaricet. Ut ergo convulvit, vendidit eum Londoniæ Frefloni cuidam, sed nec ab illo, nec cum illic duceretur, ultatenus potuit alligari. Verum, cum alia, atque alia vinculorum genera hostes imponerent, cumque vidisset, qui emerat, eum vinculis non potuisse cohiberi, donavit ei facultatem se se tedimendi, si posset. A tertia autem hora quodam Missæ fieri solebant, sepiusque vincula solvebantur. At ille dato iurejurando ut rediret, vel pecuniam illi pro se mitteret, venit Cantiam ad regem Lodheri, qui erat filius fororis Edridæ Reginæ, qui & ipse quondam ejusdem Reginæ minister fuerat, petiitque, & accepit ab eo pretium sua redemptionis, ac suo domino pro se, ut promiserat, misit. Qui post hæc in patriam reversus, atque ad suum fratrem perveniens, replicavit ex ordine cuncta, quæ sibi adversa, quæ in adversis solatia provenissent, cognovitque, referente eo, illis maxime temporibus sua vincula fuisse soluta, quibus pro se Missarum fuerant celebrata solemnia. Sed & alia, quæ periclitanti ei commoda contigissent, & G prospera per intercessionem fratrem, & oblationem hostiæ salutari, cœlestis sibi fuisse donata intellexit. Multi que hæc à præfato viro audientes, accessi sunt in fide, ac devotione pietatis ad orandum, vel elemosinas faciendas, vel ad offerendas domino victimas sacre oblationis, pro ereptione suorum, qui de seculo migraverant. Intellexerunt enim, quod sacrificium salutare ad redemptionem valeret, & animæ, & corporis sempiternam. *Cap. 22. anno Dom. 679.*

Cum lethalis morbus aliquando invasisset civitatem, maxime cura erat Joanni Patriarchæ Alexandrino accedere ad agrotorum visitationem, & eorum, qui decedebant, sepulturam. Sæpe autem etiam affidebat his, qui emitebant animam, & eorum oculos suis tenebat manibus. Jubebat synaxes quoque celebrare prois, qui dormierant, adherens, & affirmans defunctis multum prodesse, quæ pro his sunt, commemorationes, & sacra mysteria. Ad fidem autem faciendam eorum, quæ dicebantur, tale quiddam narrabat, H quod factum fuerat, non ita multo ante. Dicebant enim, quod à Persis quidam abductus captivus in custodia, quæ appellatur Lethæ, asservabatur vinculis: Lex autem erat apud Persas, ut qui conjecterent in eam custodiam, nunquam revocarentur, & ea ratione consentaneum esset, eam fuisse vocatam Letham, id est, oblivionem. Illinc autem eum quidam potuissent auferre, & in Cyprum venire, affirmantur parentibus adolescentis, cum esse mortuum in custodia. Illi vero tres quantissimas synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cum filius illinc aufugiens redit domum. Quam cum parentes, non tanquam, qui fugisset e custodia, sed tanquam, qui surrexisset à mortuis, cum magno stupore appressissent, & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant, & dicebat, quæ anima, quæ talem vidisset, faceret, & dicebat; & quemadmodum ei tanquam jam mortuo fecerant iusta, quæ sunt mortuis: & cum eum docuissent, quinam essent illi dies, nempe dies sanctorum Theophaniorum, & dies salutaris Paschæ, & dies sanctæ Pentecostes, hæc cum ille audisset, & in memoriam revocasset, parentibus affir-

affirmabat, quod is ipse diebus relaxabatur à vinculis, adventu ejusdem, qui gestabat lampadem, & frucebat omni securitate; diebus autem sequentibus tenebatur vinculis, sicut prius. *Leontius in vita Joan. Eleemosynarum. Baron. tom. 8. anal. an. 614.*

Nullo modo omitamus, quod *Petrus Cluniacensis lib. 2. cap. 2.* literis mandavit; adhiberi verba ipsius: Est in Granitanopolitani Episcopatu locus in verba subterraneis plurimum ferri habens, quod multo incolarum & rusticorum sudore assidue eruitur; & ac fornacibus coctum, & expurgatum per circumjacentes terras fabris ferrariis, vel quibuslibet pro lucro venditur. Inde & villa, quam iidem homines juxta incolunt, Ferraria nuncupatur. Solent autem hujusmodi homines, dum terræ abdita fodiendo perstruantur, spe majoris lucri longius procedere, & per subterraneos specus pertinaciter majorem ferri materiam perstruunt. Hinc operi dum quodam tempore quidam rusticus indefessus instaret, & intema terræ fodienda acriter rimaretur, repente maxima mole terra delapsa, aditum, per quem ingressus fuerat, obturavit: quia tamen fodiendo longius processerat, B ac multum post se spatii exhausta terra inane reliquerat, mortem evasit: & velut in domo clausa, ac validis munitionibus undique circumseptæ egredi quidem non potuit, incolunt tamen permansit: sed tenebris tam tenebrosi carceris circumseptus, spe omni evadendi sublata, ac velut in amplo sepulchro sepultus, mortem ipsam adhuc vivens jam cernere existimabat. Quem jam per aliquot dies uxor sua mortuum credens ad animam ejus spiritalibus beneficiis adjuvanda conversa est: unde per annum integrum omni hebdomada unam ei Missam à sacerdotibus celebrari faciens, & pro eo panem, & candelam offerens, salutari sacramento, ut mos est Ecclesiæ, animæ defuncti mariti subvenire satagebat. Una tamen in anno hebdomada exiit, quæ mulier aliis intentæ negotiis, missam, ut proposuerat, marito providere neglexit. Ecce totius anni penè emenso spatio, rursus fossore metalli officio afflucti, irrequieti instantes ad locum, in quo jam dictus rusticus adhuc vivens latebat, paulatim fodiendo perveniunt: quorum dum voces, & mallorum C C nictus jam appropinquantium rusticus inclusus audisset, quantis potuit nibus vociferari cepit: cujus illi vocem audientes, & (utpote artis illius periti) hominis subterranei esse cognoscens, sese invicem cohortati sunt, & ad eum tandem post multum fossionis laborem pervenerunt: quem accensis luminibus curiose circumspicientes, illum esse quem anno jam præterito eividem obrutum esse sciebant, agnovērunt. Admirati, & ut par erat, tante rei novitate stupesciti, quomodo illic vivere potuisset, instantissimè requirebant, at ille respondit: Ito, quomodo removistis, terræ obice forami, per quod intraeram, obiecto, cum hoc carcere, quem videtis retentus fuisset, atque aliquantisper diebus sine cibo, & lumine permansissem, subito mihi jam penè deficiente, cum pane simul & lumine quidam adfuit, qui me confortatus, & ad cibum capiendum admonens, tectas tenebras illa candelæ, quam ferebat, clarissime illustrabat. Eo pane per spatium septem, aut octo dierum, (ut mihi videbatur) refectus, totidem diebus illa candelæ illustratus, & iam periculum evadendam, & hujus fossore tenebras evitandum. Post septem vero vel octo dies, rursus ille qui prius, cum recenti pane, & renovato lumine adveniebat, eaque mihi dimittens recedebat. Hoc per unius, ut mihi videbatur, anni excursum, atque penè temporis intervallo, nunquam facere desistit, excepto unius hebdomadæ spatio, quo mihi presentiam suam, manusque solitum, nescio qua de causa, subtraxit. Hoc illi ab eo audientes, & quod pro illo uxor ejus pro totum illum annum fecerat, ad mentem revocans cuncta ei protinus exposuerunt: deinde hominem de cavernis illis subterraneis educentes, uxori propriæ, vicinis omnibus, & populo ad tantum spectaculum concurrenti, mirum dictu, post annum sepulcrum, incolamem reddiderunt, qui simul congregati, & quod mulier pro eo fecerat, & quod ille de se narratæ examinautes, eisdem diebus panem, quo reficiebatur; & candelam, qua illustrabatur, & in illo specu oblata fuisse invenerunt, quibus mulier pro ejus reque, & Missam celebrari faciebat, & sacerdoti Missam celebranti panem simul, & candelam offerebat. Glorificamus ergo Deum, & non minus quam pro mortuo suscitato, ut verè dignum erat, gratias agentes, quantum recta fides Deo placet, quantum fidelium oblationes, vel sibi, vel aliis proficit, quantum super omnia salutem salutaris hostiæ Deo oblata dignis operatur, luce claris agnovērunt.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Unus ex Principibus terre Anglicanæ diuturna languoris, molestia vexatus fuerat. Hic sciens, ANSELMUM in Ecclesia beati Stephani Missam ex more celebratum, festinavit illo, arbitrans sibi ad recuperandam sanitatem utile fore, si Missa tanti viri, ac benedictione meruisset potiri. Fateor, vidimus hominem suorum manibus inmixtum Ecclesiam introcuntem, mortuo, quam viventi, similiorem; sed, & finita Missa egressus est. Nobis verò, nec quis, vel unde, aut cur advenerit, scientibus, atque curantibus, idem vir, evolutus paucis diebus, ad patrem venit, flexis genibus ei pio adpreta sanitate gratias agens. Ad quod cum obstupesceret, indicavit ordinem gestæ rei, confirmans, quod ab ea hora, qua se Missa illius præsentavit, omni doloris vexatione depulsa, sanitati restitutus sit. At ille nihil ad se hoc pertinere, sed ipsius fidei, ac meritis beati Martyris, ad quem divertit, adscribendum asserens, quæ salutis animæ illius compererat, cum instruxit, & familiariter sibi effectum, correctiori vitæ, ut post multorum testimonio comperimus, reddidit. *Ex vita B. Anselmi Cantuar. Sur. 21. April.*

Prima viri urbis Armuziæ in India filius febrî gravissima laborabat: eidem erat oculus dilutus tabe puridus, F & sævo tumore dirupus; duplici malo multis adhibitis effectu nullo remedii, cum in humana ope jam nihil esset spei, merens pater Gasparem demisè obtestatur, & obsecrat, uti pro salute charissimi filii, tam periculose ægrotantis, litare dignetur. Fecit ille: neque diutius dilatum è celo beneficium est: eo ipso quo salutare hostiam obtulit, die, non solum æquatis humoribus universa febris abiit, sed etiam delapsis ex oculo majoribus squamis planè restitutum est lumen. Tum parens, accito festinè Gaspare, liberatum utroque simul morbo juvenem, vix præ læticia subcompos, ostendit: agitque gratias immortales, quod sibi pariter, ac nato spiritum, lucemque reddiderit. At Gaspar, modesto vultu, constantique sermone Deiparæ Virginis, curæ votivum erat sacrum, tantam virtutem, adeo insignem majusculum tribuit. Idem pro amico penè jam animam agente rogatus fecit: ille, sacro vix dum absolutum, convulvit. *P. Masfæus lib. 14. bist. Indiarum.*

Anno Dom. 1583, in insula Cusu apud JAPONES, erant in G domo quadam Funai circiter ægroti triginta: Missam celebrari in eo loco, in quo morabantur, supplices petiverunt. Concessum est illis. Sacrificio peracto, repente omnes è lecto sani surrexerunt. *Batius lib. 5. de sig. Eccl. cap. 2.*

Quodam die claudus quidam sancto LAUNOMANO Carnotensi Abbati oblatus est in ipsis monasterii foribus, idque ab illius agrî parente, qui ad ejus genua se dimittent, cum lachrymis exclamavit: Homo Dei, miserere mei, & huic puero tuis precibus redde pristinam sanitatem, aut donec is vivat, tuo sumptu, hic illi victus quotidianus ex officio misericordiæ subministratur. Cui ait vir Dei: Unde mihi hæc vitus, qua tuo filio possim salutem restituere? Creatoris hoc opus est, non creaturæ: interim verò potens est Deus, nec difficile est illi præstare fidei tuæ hoc ipsum, quod petis; sustine parumper, ac una cum filio tuo accipe benedictionem, ac deinde recipere te licebit ad locum, unde huc venisti. Itaque sancto viro Missa sacrificium offerente, & sub ipso sacrificio pro pueri salute Dominum obsecrante, solemnè peracta prece, fragmento panis benedicti (sic enim loquitur historiae hujus auctor) & patrem refecit, & puerum curavit; simulque ambos dimisit. *Bredembach. lib. H. 1. cap. 39.*

Anno Dom. 998. novis motibus contigit Galliam agitari. Ascendit ROBERTUS Rex in Burgundiam cum magno exercitu pugnatorum, ducens etiam secum Richardum Rothomagorum Comitum cum triginta millibus Northmannorum, quoniam Burgundiones ei fuisse rebelles, nolentes cum suscipere in civitatibus, & castris, quæ fuerunt Ducis Henrici, ejus videlicet avunculi, qui potius sibi in proprias diriverat partes. Deveniens quoque Rex primitum cum omni exercitu civitatem Antifiodorum, eam obsidione circumdedit: Qui diu ibi crebris adfultibus fatigatus recedens, non adversus eam prævaluit, quæ fertur nunquam fraudæ, vel hostie fuisse decepta. Relicta namque civitate, Rex cum universo apparatu bellico convertit se ad castrum beati prælois Germani expugnandum, quod munito aggere prælois hæret civitati: vallaverat enim illud Landrici Comitum exercitus, nec non ejusdem loci familiares viri, hostium siquidem metuentis facti gregis directionem. Occurrit interea furenti Regi Odilo venerabilis Abbas Cluniacensis monasterii, cupidus intervenire inter partes utraque: sic quidem ut Regi exhiberetur

C ; beretur

beretur honorificentia, solidaretur concordia Principum, pax patriae firmaretur. Qui nimis posse fieri cernens, quod decreverat, hortabatur Fratres octo tantummodo, qui ad Confessoris custodiam relicti fuerant; nam ceteros, cum suo Abbate, Hilderico nomine, iussu Regis inde exire compulerat, ut orationis instarent assidue, si forte Domini pietas eos, pariterque locum à tanta obfisione dignaretur eripere.

Sexto igitur obfisione die illucfcente, nimio Rex arreptus furore, indutus lorica simul, & galea, omnemque exercitum dicitis acens, habens etiam secum Hugonem ejusdem urbis Pontificem, solum ex omni Burgundia parti Regis faventem. Eidem namque Regi in procinctu jam constituto occurrit venerabilis Abbas Odilo, illum increpans, ejusque Primates redarguens, cur adversus tantum Dei Pontificem, scilicet Germanum, hostili manu insurrexissent, cui specialiter (ut in gestis illius invenitur) usui fuit, Dei auxilio & bella compescere plurima, & Regum ferocitati obfistere. Cujus verbis minus auditum præbentes, quò tendebant, pervenerunt, cingentefque supradictum castrum in

B coronæ modum, certatim illud expugnaturi inierunt. Alternis quoque partibus diu multumque decertantibus, domus suæ parti Dei subitò affuit præfens auxilium. Nam ejusdem castrum universa capacitas ita repleta est hora prælii teterrima nebula; ut nemini hostium à foris perviso foret jaclandi aditus, cum ab intro repugnantis cernerent se gravi cade prostrati, sicque cum fuorum, maxime Nortmannorum concione dimiserunt castrum incoleme: quos, licet tardè, pernituit adversus magni meritum arma fumpfisse. Contigit etiam, ut hora, qua Regis exercitus adversus locum sacrum certamen inire cepisset, vir religiosus Gisbertus, ejusdem loci monachus, super altare beatæ Mariæ semper Virginis, quod decentius cæteris in vertice ejusdem consistit Ecclesiæ (quemadmodum hora diei tertia quotidie confueverat) Missarum sacramenta celebrare inciperet: quod scilicet factum satis caelestis præfinitæ congruit victoria. Sequenti igitur die egrediens Rex inde processit, igne cremando res hominum præter civitates, & castra tutissima, usque ad superiores Burgundie partes. Qua in Franciam rediens, post hæc tamen, licet tardius, ad se revertens Burgundionibus, prospere universam obtinuit regionem. Hucusque Glaber. *Baronius tom. 10. anno 998. 56.*

C Mediolani in Ecclesiâ S. Ambrosii adducta ad divum Bernardum fuit MULIER multis annis obfesa, sicque deformata, ut monstrum, non femina, videretur. Conversus ad populum iussit omnes attentius orare: Missamque, iussu prope altare constituta, femina teneri auspiciatus; quoties de more sacra salutare hostiam signabat, toties ad mulierem quoque conversus, eodem signo crucis edito spiritum nequam Athleta foris impugnat. Expleta autem oratione Dominica efficacius hostem aggreditur. Patinæ liquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, talia loquebatur: Adest ille, qui pro nostra salute passus; Nunc, inquit, principes mundi eicietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore Virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo jacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis ascendit in caelum. In hujus ergo majestatis terribili potestate, tibi, spiritus maligne, præcipio; ut ab hac ancilla ejus egrediens, contingere eam

D deinceps non præsumas. Cùmque eam invictus deserens, & manere ultra non valens, atrocis afflicta, tam magnam iram, quam modicum tempus habens: rediens sanctus pater ad altare, fractionem hostiæ salutatis ritè completvit, diffundendamque in populo pacem ministro dedit, & consistens pax, & salus integra reddita mulieri. *Lib. 2. cap. 3. vita S. Bernardi.*

Sancti Symphoriani dicitur castrum Lugdunensis Ecclesiæ paucis ab urbe miliaribus distans; ubi vir fidelis, & religiosorum officiosus, sedulusque susceptor, magnæ considerationis pariter, & opinionis Abbatem ad hospitium suum aliquando qualis vim faciendo, pertraxit. Huic juvenula erat IULIA miserabilis incommode laborans: egerat enim quandam mulier malefica per nequitiam invide ocerus inducra, ut languore tabesceret desperato, nec viri sui præsentiam, nec adfpectus ullatenus toleraret. Affectione muliebri genitrix persuasa, ut satanas satanam eiceret, famulosum quandam maleficum accesserit. Adfuit, exploravit, agnovit, & mulierculam asserens inferatam; terit arborum cortices, pocula verbis, & herbis infecta propinat; mordet etiam dentibus propriis brachium miseræ mulieris. Res mira, res nova, res (ni fallor) hæctenus inaudita. Ab illo quidem

languore convulvit, sed interdum ex corde procedere sentiens velut acus, cruciabatur atrociter, donec per morturam brachii, quam nulla cicatrix obduerat, acus educeret vis occulta. Crudele remedium, sed humilimò congruebat auctori. Plures in hunc modum quam triginta per temporum intervalla prodierant: quædam, ut vulgò dicitur, ex capite, quædam admittendis filis idonea foramina præferentes. Præterea prædictus Abbas ad domum, ubi hæc accitabantur, adventit. Celebris est persona; cuius hoc opus, & alia non indigna admiratione narrantur: sed parcendum adhuc superstiti, & nomen credidi retinendum. Huic pater anxius miserabilem exhibet filiam, nec sine lachrymis lugubrem explicat tragediam. Eadem hora fit fides dictis, & sentiens acum mulier gemebunda deplorat. Jam pervenerat ad foramen, solitus jam præcesserat cruor, jam cæperat apparere, jam particula ejus exierat. Et accedens unus ex fratribus laicis, eidem Abbati deserviens, cruentam extraxit, annis pluribus ad testimonium conservandam. Orat Abbas, & locum vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur, nec ferum ultra nec chalcibem inde processurum. Passum est: sed mutata materia F est, malitia nondum profusum extinda. Cæperunt ligni fudes parvuli, quales vulgo brogas appellant, ex quercino robore, vel fraxinea, pro ferreis acubus extindæ: crassiores spinis, & modicè longiores. Nec unius tamen omnes, sicut nec acus fuerant, longitudinis, vel crassitudinis erant. Sexdecim in hunc modum intra annum, & paucos menses ex muliere ligna prodierunt. Adfuit demum Reverendus Petrus Antistes, qui divinitus servabat tantum miraculi plenitudo. Offertur mulier missarum solemnæ celebranti, sicut præceperat vespere præcedenti. Eadem hora septimum decimum lignum ex mulieris corpore egreditur, quod sub oculis omnium Sacellanus extraxit. Confitentem itaque mulierem Præfult abfolvit, & sacram ci tradens Eucharistiam ab omni deinceps conjunguntque materici progressu jubet esse securam. Sic ab omnibus jam præfignis liberata adhæret viro, filiofque procreavit. Et, ut dicitur, hodièque superstes virtutem prædicat, quam in se ipsa meruit experiri. *Surius tom. 3. Maii die 8. ex vita S. Petri Tarentasii.*

Inter miracula B. Martini Turonensis Antistitis habetur, G quod Ultrogotha Regina, auditis miraculis, quæ ad locum sunt, ubi sancta ejus membra quiescunt, tantum sapientiam Salomonis expetit corde devoto profpicere. Abstinent ergo se à cibis, & somno, præcurrentibus etiam largifimis elemofinis, pervenit ad locum sanctum, ingressaque basilicam timens & tremens, nequam audebat adire sepulchrum, indignam se esse proclamans, nec ibidem posse, obfistentibus culpis, accedere. Tamen deducta vigiliis nocte, & orationibus, ac proflus lachrymis, manè oblati muneribus multis, in honorem beati Confessoris Missæ expetit celebrari. Quæ dum celebrantur, subitò tres CLICI, qui ad pedes Beati Antistitis longo tempore privati lumine residebant, fulgore nimio circumdati, lumen, quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in caelum atollitur magnificentium Deum. Ad istud miraculum currit Regina, currit & populus, mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam Confessoris. Sed super omnia collaudatur Deus noster, qui tantam virtutem præstat Sanctis suis, ut per eos talia operari dignetur, tale inter reliqua luminaria huic mundo beatum Martinum immensum sydus attribuens, per quem ejus tenebræ resfulgerent: qui verè sicut oliva fructifera, per singulos dies, factis exhibet gloriam Domino, & conversionibus iustorum. *Sulpitius libro 1. miraculorum sancti Martini capite 12.*

In loco Maxanzæ, qui est ad Sibarim superiorem sub climate Monzenzæ, ingrebat mensè Junii tanta locustarum multitudo, ut nebulae instaret totam regionem operiret, frugisque, & fructus omnes devoraret. Quam quidem calamitatem incolæ conspicientes, audientique miracula, quæ S. THEODORUS ARCHIMANDRITA effecerat, supplices ad eum accesserunt, & ad pedes ejus prostrati, rogaverunt, ut veniret, & precibus suis tantam à se calamitatem expelleret. Profectus cum illis pervenit ad Catholicam ipsorum Ecclesiam sancti Emerici, in eaque de more mansit. Posthodie vero supplicem populum in agros dimisit, præcepitque, ut quodam in loco confisteret, & Dei misericordiam imploraret. Ipse vero tres accipiens locustas in manu sua, pro populo Dominum obsecrabat: atque interim tres illæ locustæ in manu ejus mortuæ sunt. Et

Et gratias agens Deo, dixit populo: Revertamur in Ecclesiam, filii: Deus enim celeriter misericordiam suam nobis ostendit. Reverti igitur in S. Emerici templum, divinum sacrificium peregerunt. Postero autem die in agros egredientes, locustas omnes mortuas invenerunt, & Deum collaudaverunt. *Georg. Presbyter in vita S. Theodori, Surius 21. Apr.*

P. Joannes Bonif. libello de Institutione Christiani pueri, adolefcentiæque, hoc adducit exemplum: Cùm in publica custodia, ait, facinorosi plurimi asservantur, illorum unus tam desperato fuit animo, tamque perdita, & vesana lingua, ut Deum ipsum, à quo facti, generatque sumus, pessimis convitiis laecere, seque pro impio, infidelique jactaret, non quòd infere se abnueret, in quos se detrudendum fatebatur, sed quia de Deiclementia diffideret, à quo se esse relictum, & desertum impudentissimè, & insanissimè querebatur. Hunc adit religiosus quidam vir, & amicè consolatus, audienda rei divine auctor, sua forsque fuit, fore enim, ut si suam causam Deo, cui omnia sunt curæ, commendat; res hominis perdat, & afflicta recreetur, ad portumque perveniat, malorum fluidibus, vel omnino repressis, vel aliqua ex parte fedatis. Paruit obstinatum ille: cumque in sacello carceris res divina peracta esset, vincitque præfens fuisset, secuta est die postero libertas hominis, cui ex ipso altari Christus benignissimus liberationem penè esse vim pollicetur, tantumque medicina illa profuit, ut corporis, animique salutem ipsa una præfiteret. 3.

Sigifmundus Burgundia Rex à Clodomero Rege cum filiis captus, interfictusque ejus iussu, Agaunum, ubi pro facinorè penitentiam egerat, delatus est, ibique sepultura mandatus. Quem in consortium Sanctorum alacrum, ipsa res, quæ geritur, manifestat. Nam si qui nunc frigorigiti, qui & quartanarii die solent, in ejus honore Missas devotè celebrent, ejusque pro die Deo offerant oblationem, statim compressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati pristinae restaurantur. *Greg. Turon. lib. de glor. martyrum, c. 75.*

Est de hac perpetua Ecclesiæ consensus, qui in Missali suo proponit Missas varias, Ad tollendum Schisma, Tempore belli, famis, pestis. Contra Paganos. Oraciones pro Pontifice, Imperatore, Rege: ad tollendum Tempelates, pestem animarum, Mortalitatem. Denique pro quacunque necessitate avertenda, & quibusvis beneficiis consequendis. *Missale Romanum.*

C Concilii Monguntini Patres, ut videre est tom. 3. Concilii in Edit. Venetæ; Adandoicum Regem Christianissimum anno Christi 847. literas dederunt benivolentis plenas: atque inter alia ita scribunt. Decevimus ut singulis Parochiis per Episcopos & Clericos, per Abbates, & Monachos oratio pro vobis, & pro vestra conjugè, simulque prole nobilissima fieret. Cujus orationis summa est, Missarum tria millia, & quingentæ: Pfalteriorum 1700. hoc omni devotione postulantes, ut Deus diturnam vobis sanitatem, & prosperitatem concedat. *Baron. ad annum 847. tom. 10.*

R P O D E F U N C T I S. Propriationes, & Beneficia in Missa expedita, & impetrata. Ecclesiæ veteris receptam, sanctamque pro defunctis exorandi consuetudinem, neque à Christo, Apostolis, aut Catholicis Doctoribus reprobatam, neque à Sacrificiis veteribus egimus, per exempla deducimus. Eadem quoque semper in Ecclesiâ Catholica passim obtinuit, ut pro defunctorum animabus in Missa sacrificio orat. De quo legatur Epiphanius in doct. compend. *Aug. lib. de cura pro mortuis c. 1. 19. ult. Et ante illos Tertullian. lib. de cor. mil. Clemens lib. 8. constit. cap. 19.*

Constat hoc ex omnibus Liturgiis, quarum supra crebrius mentionem fecimus. Concilia omnium Provinciarum meminerunt Sacrificii pro Defunctis, tanquam quod usi receptum erat. Pro Africa, Concilium III. Carthagenense c. 29. Et quartum c. 79. Pro Hispania, Concilium Bracarense l. c. 34. & 39. Pro Gallia, Cabilonense, ut habet Canon, visum est: de consecra. dist. 1.

Pro Germania, Wormatiense Canone 10. Pro Italia, Concilium VI. sub Symmacho. Pro Græcia, c. 69. ex Capitulis Græcorum Synodorum apud Martin. Bracar. Episc.

Accedit his Concilium Tridentinum. De eodem ita scribit Chrysost. hom. 69. ad pop. Antioch. Non tementè hæc ab Apostolis facta fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio: Sciunt enim, multum inde contingere illis lucri, multam utilitatem. Et in ista, L. B. Theat. vit. Human. Tom VII.

Quomodo Deum non placemus pro illis orantes? *Vid. Or. Tricenariis.*

Vandalis Christianos, promiscua multitudine, quæ cerceis manibus gestans, infantulos suos vestigiis 4966. Martyrum Dei ac Eremiti exilium pergentium proicibat, inter alia lamenta clamabat: Quid nos miseris relinquitis, dum pergitis ad coronas? Quid nos solemibus orationibus sepulture fune morientes? A quibus divini sacrificii ritus exhibendus est confuctus? En orationes pro mortuis in sepultura: & divinum sacrificium. *Lib. 2. Persec. Vandalica.*

Eusebius Cesariensis lib. 4. de vita Constant. ubi de funere illius scribit, corpus ter beata anima ait, Apostolorum nomine, quorum in templo sepeliebatur, fuit gloriosum, populoque pio comitatum. *Disquisitiones de vita S. Augustini.* Divinifque ceremoniis, & liturgia mystica dignum habitum, communionique sanctarum precum fruebatur.

MONICA mulier sanctiff. D. Augustini mater, ut is de ea clare testatur, anxie desideravit sui memoriam post mortem ad altare fieri, unde sciebat dispensari victimam sanctam, qua delictum est chirographum, quod erat contrarium nobis: neque desuit tam pio matris desiderio tam pius filius, *Lib. 9. Confess. c. 12. 13.*

Quid ipsum memorem AUGUSTINUM? membris omnibus sui corporis incolomis, omnibus, qui ad stabant, orantibus, obdormivit in pace, & pro corporis illius dispositione commendanda sacrificiū Deo oblatum fuit. *Postid. in vita S. Augustini.* De CYPRIANO diximus alio loco, quomodo Clero Furnensis inhiibuerit, ne pro dormitione Gemini? victoris oblationem faceret, eo quod vetustissimum Canonem Africanum ejusdem Concilii violasset, quò prohibebatur, ne quis frater moriens clericum, ac tutelam nominaret. Pro excommunicatis enim non est offerendum Sacrificium. *Lib. 1. Epist. 9.*

De ARIO Hæretico tempore Constantini Magni, & Julii I. Rom. Pontificis, constat, errores ipsius damnatos ab Ecclesiâ. Atque inter alios hunc etiam habuisse, quòd pro defunctis non esse offerendum sacrificium diceret. Ergo contrarium illius erat recepta Catholicorum sententia, & Confensus totius Ecclesiæ, quæ aliam damnavit: & cum ea omnes, qui saculis posterioribus eandem asserere aggrediantur. *Gab. Prælectus in Elencho hæret. Lit. Arii. Ex Epiphaniio hæret. 75.*

S. AMBROSIVS pollicetur, se celebratum Missam pro animabus Imp. Theodosii, Valentiniani, & Sathiri, qui jam diem suum obierant. Colligitur ex orationibus illius in funere eorum eundem habitus.

S. EPHREM SYRUS inter alia mandata, quæ moriens testamento fieri præcepit, ut unum erat, ut pro anima defuncti missæ sacrificium celebraretur. *Surius tom. 1. vita S. Bedæ.* Idem etiam venerabilem Presbyterum BEDAM à discipulis postulasse, & certis literis de transitu illius à quodam discipulorum conscriptis constat. Et hæc ad verbum recenset *Card. Baron. tom. 10. ad annum 771. 22.*

Frater BERTRANDUS Ordinis S. Dominici Religiosus, vir sanctus, & primus Provinciae Provincialis Prior, solebat se quotidie missam pro peccatis celebrare. Sciebat autem ex eo F. Benedicto, viro prudente, cur raro pro defunctis, frequentissimè pro peccatis celebraret, ille respondit: Vita defuncti de sua salute certi sunt: nos in periculis fluctuamus. Ait illi F. Benedictus: Si sint duo mendici, alter membris sanis, alteriis carens: utri potissimum optulaberis? Respondit: illi sanè, qui se minus juvare potest. Tum Benedictus: Nimirum, inquit, ii sunt defuncti, quibus nec eos est ad contentum, nec manus ad operandum: sed nos tram opem postulant. Vivi autem peccatores & os, & manus habent, & possunt sibi consulere. Sed cum à sententia sui non deduceret Bertrandus, sequenti nocte quidam terribilis defunctus apparuit, & fuscilignorum mirè cum compressit, atque decies, & eo amplius, cum ea nocte excitans, perterritus, & vexavit. Igitur prodeunte aurora F. Benedictum ad se vocat, narrat totius noctis historiam: inde religiosè, & lachrymabundus ad aram accedens, pro defunctis sacrificium obtulit, idemque deinceps sapius fecit. *In vita S. Dominici lib. 3. c. 8. Surius 5. Augusti.*

Si culpe post mortem insolubiles non sunt, multorum solet anima etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutis adjuvare: ita ut hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expetere videantur. Nam vir sanctus, vitæque venerabilis Felix Episcopus Portuensis, à quodam presbytero, qui usque ante biennium vixit, & in Dicecesi Centumcellensis urbis habitabat, atque

arce Ecclesie S. Joannis, que in loco, qui dicitur Tauriana, sita est; præter: cognovisse se asserit, quod idem Presbyter in eodem loco, in quo aquæ calidæ vapores nimios faciunt, quoties corporis necessitas exigebat, lavari consueverat. Ubi dum die quadam esset ingressus, invenit quandam incognitam virum ad humum obsequium præparatum, qui sibi de pedibus calcamenta abstraheret, vestimenta susciperet, & exenti de caloribus sabina præberet, cum omne ministerium, cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sæpius fieret, idem presbyter die quadam ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi, qui mihi solet devotissime ad lavandum obsequi, ingratus apparere non debeo: sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox ut pervenit ad locum, hominem invenit, atque ex more ejus obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque, & cum jam vestitus voluisset egredi, hoc, quod secum detulerat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut benigne susciperet, quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille moerens afflicteque respondit: Mihi ista quare das pater? panis iste sanctus est, ego hunc manducare non possum. Ego etenim, quem vides, hujus loci dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis intervenias. & tunc exaudium te esse cognosce, cum huc ad lavandum veneris, & me minime repereris. In quibus verbis disparuit, & qui homo esse videbatur, evanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Idem vero presbyter hebdomada continua se pro eo in lacrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, & reversus post ad balneum, cum jam minime invenit. *Gregor. Dialog. lib. 40. c. 55.*

Neque hoc silendum puto, quod actum in meo monasterio ante hoc triennium meminisse. Quidam namque monachus, Justus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedule obsequi, atque in assiduis ægritudinibus meis excurbare consueverat. Hic itaque languore corporis præventus ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus, nomine Copiosus, serviebat; qui ipse quoque nunc in hac urbe per eandem Medicinæ artem temporalis vitæ stipendia fectatur. Sed prædictus Justus, cum jam se ad extremum pervenisse cognovisset, idem Copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos habere, innotuit. Quod nimirum fratribus non parvi celari, sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos invenirent absconditos in medicamine. Quod mox ut mihi nuntiatum est tantum malum de Fratre, qui nobiscum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valui, quippe quia ejusdem mei monasterii semper regula fuerat, ut cuncti fratres ita communiter viverent, quatenus eius singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio moerore percussus, cogitare cepi, vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid ad exemplum viventibus fratribus providerem. Pretioso igitur ejusdem monasterii Præposito ad me accessit dixi: Vide, ut nullus ex fratribus se ad eum morientem jungat, nec sermonem consolationis ex cujuslibet eorum ore percipiat, sed cum in morte constitutus Fratres exquisierit, eiusus carnalis frater dicat, spua propter aureos, quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus sit: ut saltem in morte de culpa sua mentem ipsius amaritudo transiret, atque à peccato, quod perpetravit, purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus D illius cum fratum corporibus non ponatur, sed quolibet in sterquilino fossam facite, & in ea corpus ejus projicite: ibique super eum tres aureos, quos reliquit, jactate, omnes simul clamantes: *Pœnia tecum sit in perditione, & sic eum terra operite.* In quibus utriusque rebus, unam morientem, alteram vero voluit prodesse fratribus viventibus: ut & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos avaritiam tanta damnatio terret, atque à culpa prohiberet; quod ita factum est. Nam cum idem Monachus pervenisset ad mortem, atque anxie se quereret commendari fratribus, & nullus è fratribus ei applicari, & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus fratribus esset abominatus, indicavit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia è corpore exivit, qui ita est sepultus, ut dixeram: sed Fratres omnes ex eadem ejus sententia conturbati, ceperunt singuli extrema quoque, & vilita, & que eius habere regulariter semper licuerat ad medium proferre, vehementerque formidare, ne quid apud eos esset, unde reprehendi possent. Cum vero post mortem

ejus triginta jam essent dies evoluti, ceperant animus meus defuncto fratri compati, ejusque cum dolore gravi supplicia pensare, & si quod esset eruptionis ejus remedium querere. Tunc evocato ad me eodem Pretioso monasterii mei Præposito, tristis dixi: Dni est, quod frater ille, qui defunctus est, in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impendere, & cum, in quantum possumus, ut eripiat, adjuvare. Unde itaque, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione istius hostia salutaris non offeratur. Qui protinus abcessit, & dictis paruit. Nobis autem alia curantibus, atque dies evolutos non numerantibus, idem frater, qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset, inquit: Quid est frater, quomodo es? Cui respondit: Nunc utique male fui, sed jam modò bene sum: quia hodie communionem recepi. Quod idem Copiosus pergens protinus indicavit fratribus in monasterio. Fratres vero sollicitè computaverunt dies, & ipse dies extiterat, quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta. Cumque & Copiosus nefecit, quid pro eo frater ageret, & fratres ignorarent, quid de illo Copiosus vidisset, uno eodemque tempore, dum cognovit ille, quod isti egerant, atque isti cognovissent, quod ille viderat, concordante simul visione, & sacrificio res aperte claruit, quod frater, qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam evasit supplicium. *Idem ibid.*

S. Nicolaus Tolentinas, Ord. Fratrum Eremitarum S. Aug. religiosus, sacerdotio initiatus ad eremum Vallimaventem, quæ est juxta Pisas, & Provinciali Priore transmittitur. Ubi eximia pietate, & devotione promptus, & sollicitus, manè quotidie Missam celebrabat. Cum verò nocte Dominicæ proximè sequentis, quo die pro hebdomadario erat summum sacrificium oblaturus, in lecto parumper obdormisset, spiritus quidam voce magna, & multo ejulatu vocat eum, ita dicens: Frater Nicolae, vir Dei, respice in me. Ille respiciens in eum, & quia viventem noverat, agnoscere eum studens, sed non valens, oculus percontatur, quisnam sit? Respondit spiritus: Ego sum anima Peregrini Auxiniensis, quem viventem novisti servum tuum, cruciuro in hac flamma. Deus enim non despicies contritionem meam, non penis sempiternis, quas ut homo fragilis commeteretur, sed locis Purgatoriis pro sua misericordia me addixit. Te igitur impensius oro, ut pro mortuis Missam celebres, ut eripiat ex his flammis. Vir beatus ait: Adjuvete Salvator meus, cujus sanguine redemptus es; ego enim, qui ad summum sacrificium solemniter faciendum hoc præferam Domino die, cujus officium mutare non licet, deputatus sum; Missam pro defunctis dicere non possum. Tunc ille, Veni, inquit, venerande Pater, & vide num te deceat precibus tantæ, tamque miseræ multitudinis, à qua missus sum, assensum negare, meque miserum tam inhumaniter repellere. Duxit ergo cum ad alteram eremi partem, parvamque illam apud Pisas plantam ostendit, & ecce videt promissum sexus, diversæ ætatis, & Ordinis innumeram multitudinem hunc in modum ipsum deprecantem: Miserere pater, miserere turbæ tuam auxilium exspectantem. Si enim pro nobis dignatus fueris Missam celebrare, maxima pars nostrum ex his tormentis atrocissimis eripietur. Evigilans autem vir sanctus magna commiseratione permotus, cum multis lacrymis pro illis omnibus Salvatorem hominum deprecabatur. Mane verò coram Priore loci illius prostratus reverenter, ut iactantiam vitaret, non rem totam, ut viderat, sed illorum importunas preces exposuit, orans, ut ipsius bona venia liceret ei tota illa hebdomada pro mortuis missas celebrare. Vidit Prior importunis ejus precibus alium loco ejus substituit. Ita ille tota hebdomada, & sacrificium obtulit pro defunctis, & die, ac nocte pro multitudine, quam viderat, cum lacrymis instantissime Dominum rogavit. Itaque ea hebdomada transacta, rursus ei apparuit spiritus peregrini supradicti, & illo impetrata misericordia gratias agit, afferens bonam illius multitudinis partem cum ipso divina misericordia, & ipsius sacrificiis, precibusque ac lacrymis, à penis acerbissimis liberatam, in celos feliciter evolasse. *Sur. in vita 10. Septemb.*

In Austria partibus, quidam sanctissimæ vitæ Cisterciensis Ordinis Monachus fuit, qui in Missa celebrata pro mortuis ante participationem corporis Christi, cum diceret: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem*, audivit voces animarum à remotis, Festinate, festinate pacem suscipere, quia jam Missa propinquat ad finem. Qui mox ut stabat

Chri-

Christi corpus tenens in manibus, fuit raptus in spiritu, & vidit innumera bilium animarum multitudinem festinantem ad pacem, & a liis recedentibus percepta pace, alias clamantes; Festinate, festinate, quia jam missa propinquat ad finem. Sic monachus stetit à prima ferè hora die usque ad horam nonam præstantibus usulius, & mirantibus, quid stans haberet immobilis. Tandem ergo reversus ad se, finivit Missam; & præcipiente Abbate cunctis, quid vidisset, exposuit, & post paucos dies ipsemet monachus vitam finivit. His lector auditis, quis salvo tamen meliori judicio, dubitare poterit, quin Spiritu sancto commoedius ordinante, in Ecclesia Dei antiquitus sit statutum, ut in Missa pro defunctis defunctis, nec pax precetur viventibus, neque detur, sed tantum, ut requiescant in pace, pro iisdem defunctis oretur. *Th. Cantiprat. lib. 2. apum cap. 53.*

Sunt nonnulli, qui pro animabus defunctorum pietatis officia intermittunt, quod animas iisdem non indigere arbitrentur. Verum non ita eos bene fecit declarat sequens historia è Chronicis S. Francisci desumpta. Ubi fide habetur: Legimus de quadam Fratre mortuo, cujus vita Angelica potius, quam humana putabatur. Nam cum ejusdem monasterii Lector tres Missas pro defunctis legi solitas pro ipso non legeret, quasi iisdem non indigeret, quadam vice defunctus ille Lector apparet de tribus missis pro se legendis eum admonuit quippe qui ad purgatorium condemnatum summopere iisdem indigebat: subiungensque penas, quas pareretur, dixit: Nemo facile credat, quam strictum sit Dei iudicium, quantoque rigor peccata catiget. *lib. 4. Chronic. S. Franc. 7.*

S. Malachias Episcopus Hybernie carnalem Sororis suæ exhorrebat vitam, & tanto zelo, ut fidei deo veritatem non visum eam in carne viventem. At illa carne soluta, solum est votum: & caput videtur in spiritu, quam in corpore noluit. Quadam nocte audivit pro omnium vocem sibi dicentis, forem ejus stare foris in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui evigilans, citò intellexit, cujus esse inedia marceret. Et diligenter discusso numero dierum; quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo pro ea panem de celo vivum non obtulisset. Tunc ille, qui foror non animam oderat, sed peccatum, beneficentiam, quam intermisserat, rursus advenit. Neque in frustra. Non multo post, visa est illi perierit ad limen Ecclesie, necdum tamen posse intrare: apparere etiam in veste plura. Cumque ille perseveraret, curans, ne qua die solita sibi frustraretur: secundo vidit eam in veste subcandida, admittam quidem intram Ecclesiam: sed altare contingere non permitit. Tertio tandem visa est aggregari cœsti candido decorato, & in veste candida. Vides lector, quantum valde deprecatur iusti assidua? Verè regnum celorum vim potius, & violenti rapiunt illud. Nonne tibi viderit Malachia oratio vicem quodammodo effectoris exhibuisse cœlestibus portis, quando peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod suis meritis negabatur? Hanc vim, Jesu bone, tu qui pateris, facis, validus, & pius ad salvandum, faciens misericordiam, & potentiam in brachio tuo, & in Sacramento tuo servans Sanctis, qui in terra sunt, usque in consummationem sæculi. Hoc plane Sacramentum potens peccata consumere, debellare obvias potestates, inferre cœlis revertentes de terra. *D. Bernar. in vita S. Malac. 6. apud Surium.*

Cum quodam tempore S. Thomas Aquinas in prece incuberet Parisiis, foror ejus apparuit, seque in locis Purgatorii cruciari dixit, orans, ut sacrificia, & preces pro ipsa Domino offerret. Curavit vir sanctus, ut Fratres pro ea facerent, ut petierat. Interjecto inde aliquanto temporis spatio, Romæ illi rursus se visendam obtulit, indicans se à penis liberatam vivere in beata vita. Interrogat autem S. Thomæ de duobus D fratribus suis, respondit illa. Landulphum quidem adhuc teneri in locis Purgatorii. Arnoldum vero habitare in celis, addidit: Tu quoque frater, brevino bis iungeris, sed major te gloria expectat, quam nos, ob susceptos pro Ecclesia labores. *Surius tom. 28. in vita, 7. Martii. D. Anton. 3. p. Chron. tit. 23.*

Refert & Angliæ Regibus Ranulfus, Ethelstolfum Regem sanxisse an. 844. ut Clerici ejusvis ordinis, & instituti, qualibet hebdomada die mercurii, pascalis, & missas decantarent pro salute Regum, & ducum, non modo quoad vixerent, sed etiam dum fuerint defuncti. *Ranulf. l. 3. c. 30. in Polveron.*

Joannes Aragonum Rex testamento cavet de sacrificiis, & officiis divinis, pro illorum salute quotannis celebrandis, qui sub ejus imperio militantes in præliis occubissent. *Mari. l. 18. ver. Hisp. Petantur plura ex loco de Orat. Tit. Oratio pro defunctis; Purgatorio, &c.*

* MISSÆ CELEBRATIO.
 Missam vestè celebrari in honorem Sanctorum, idque non repugnare illius institutioni.
 Probat Liturgie omnes frequentius allegatæ, quæ sapientissimè Sanctorum meminerunt.
 Liturgia S. Basilii memoriam facit Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, sanctæque Dei Genitricis, ut inquit, assiduas preces pro nobis tibi offerant, coque memoriam illorum celebramus, ut quando nobis ipsi parum fidimus, memoria, & legatione illorum protecti, per eos audeamus ad te accedere, atque tremendo hoc, & sacro munere defungi.
 S. Chryostomus in Liturgia, Stabili, ait, nostros gressus precibus, & supplicationibus Deiparæ semper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.
 Cyrillus exponens ritum sacrificii Missæ: Cum hoc, ait, sacrificium offerimus, mentionem facimus eorum, qui ante nos obdormierunt: ut Deus orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces nostras. *Catech. 5. mystagog.*
 D. Cyprianus petit amonari, & ad se particulatim transcribi nomina Martyrum singulorum, ut possit nominatim anniversario die passionis eorum, pro eis offerre sacrificium. *li. 3. c. 6.*
 Quin maximum honorem impendi Sanctis, quando in præsentia Domini dum tremendum istud Sacrificium peragitur, nominantur, adfirmat *Chrysm. hom. 21. in Adâ.*
 Etiam Felix I. Pontifex statuit, quotannis in honorem Martyrum sacrificia celebrari. *Platina.*
 In primitiva Ecclesia in more erat, annuas memorias Martyrum solemniter celebrare in locis, ubi eorum corpora erant tumulata. Constat ex *Epist. Eccl. Smyr. apud Euseb. lib. 4. c. 15.*
 Refer ad hoc membrum ex tit. Sancti, Sanctorum cultus, IDIOMA MISSÆ.
 Quo Idiomate celebranda MISSA,
 Antiquissima Ecclesie consuetudo habet, ut Missa non celebraretur lingua omnino vulgari, aut cuius Genti propria.
 Nam toto Oriente non inveniuntur Liturgia nisi Græcæ, aut Caldaicæ. Toto vero Occidente Liturgia omnes Latine sunt, quæ lingua deservit esse vulgares à pluribus sæculis, immo paucis Nationibus vulgares aliquando fuerunt, saltem in Europa.
 In Occidente trium Idiomatum usus est in Missa: Latini potissimum, Græci, & Hebræi fortassis non caruit hujus mysterii significatione, quod titulus Crucis esset conscriptus Græcè, Hebræicè, & Latine.
 Anno 681. missus ab Agathone Rom. Pont. ad Concilium Constantin. legatus Joannes Perterienis Episcopus, Dominica octava Paschæ publicè Missas in Ecclesia S. Sophiæ celebravit coram principe, & Patriarcha, Latino sermone, ut ex *Beda de 6. mundi. etat. P. Opmerus annotavit lib. de Missa. 1.*
 Dicitur Cyrillus Romano Pont. supplicasse, ut sibi lingue Slavonica usus apud gentem illam, quam baptizasset, dum sacra perageret concederetur. De qua re cum in sacro Senatu disceptaretur, ac plures contradicerent, audita est vox de celo, ut putabatur Missa, in hæc verba; Omnis spiritus laudet Deum. Quo factum, ut eis voti compos redderetur. *Ann. Syl. in bist. Bob. 13.*
 Apud Ruthenos Missam linguam Slavonica peragi, intermixtis quibusdam versiculis Græcis, auctor est *Guagno de Moscov.*
 Certè si vulgari lingua Sacrificium univèrsale celebraretur, tolleretur communicatio Ecclesiarum: neque enim Sacerdos unius religionis posset celebrare in alia, cujus idioma ignoraret, ut nihil dicitur, paulatim hoc modo in contemptum ventura sacrosancta mysteria.
 QUOMODO CELEBRANDA.
 MISSA DEVOTE CELEBRANDA.
 S. Thomas Herfordiensis in Anglia Episcopus, vir cibi, & potus abstinentia deditissimus, & castissimus, tanta animi pietate, & devotione rebus divinis intererat, ut intuentium fidem, & mores informaret; tanta in Missæ sacrificio lacrymarum ab ejus oculis copia manabat, ac si coram se Christum Dominum in carne humana patientem vidisset. *Sur. 2. Obob.*
 Scribunt historici, neminem ante Nicolaum III. Papam religiosius sacrificare visum, cum semper dum solemniam ageret lacrymas funderet: erat enim religionis observantissimus, doctus animi, & corporis ornatissimus, adeo ut multa fecerit, plurima intentaverit, suam prudentiam, & animi magnitudinem ostendenda. Vacantibus Ecclesiis nullus Pontifex celestis, ac maturius consuluit; notarios, & tabellarios, utpote sanguine pauperum, & litigantium viventes, à se ut preces amovit. *Joan. Nauclerus vol. 2. Chronolog. anno 1278.*

STANIS-